Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



poni. nec ee qui eas debe
at ab illorū infestatōne
tueri. Clerus quotquot
hereticis non consenserant.
clerum inq̄m deflet pdi
tam religionem. popul⁹
ingemit xp̄ianam oppri
mi ūitatē. Quos pat' scis
simus benigne consolat⁹
uos inquit ei resigno q̄
mihi comisit. ille uos tu
eatur qui sanguine ppo
redemit. His ⁊ hui⁹ mi
mentium corda demul
cet ⁊ eleuatis manibus
celesti eos benedictōne p
fundens. in ppria redire
cōmonuit. ipe ū cum dis
ciplis ut disposuerat ire
perrexit.

Cumq; menia Ro
mane arcis attī
geret et scōrum cimiteria
uisitans agonem suum
eorum patrocinijs cōmē
daret. aplico tandē se re
presentat antistiti. ma
gno uidelicet leoni. expo
nens. qualiter pro fidei
defensione ppria sede depul
sus cogatur peregrinari. Il
le ū iuxta aplicam mans
uetudinē totus pietatis
uisceribus affluens blādis
eum fouet alloquijs re
uocans ad memoriā qua
liter dn̄s ihc p totā euglii
seriem discipl'os ad passio
animabat. et quam remu
nerōnis mercedem passio
nibus destinabat. Beati
inquit eritis cum uos ode
rint homines. et psecuti
uos fuerint. et beati qui p
secutionē patiuntur ppter
iustiam. ⁊ reliqua multa
huiusmodi. Hortabatur q̄
dm̄ sustinere mīam. uni
uersi inquit qui sustinet
te non confundent. et
si quid patimini ppter
iustiam beati. His ⁊ hui⁹
mi patrius consolatōnib⁹
uiri dei animus ad patien
ciam roboratur. ⁊ ad per
seuerandi constantiā pia